

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Philosophie moralis s. ethica - Ettenheim-Münste 104

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput Secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-110979](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110979)

10. vitam innumeris calamitatibus obnoxiam: ac si qua foret in hac vita felicitas, ea potius in tranquillo quodam animi statu, seu gratissimâ leuitate videretur constituenda.

16. Solus ergo Deus est summum illud hominis bonum, in quo ejus felicitas posita est. In eo enim solo tamquam summo bono posita est hominis felicitas, quod solum potest hominis animam seu mentem ita complere, ut nihil ipsi amplius supersit desiderandum. At qui solus Deus potest hominis animam seu mentem ita complere, ut nihil ipsi ulterius optandum supersit. Ergo in solo Deo posita est hominis felicitas; sive, objectum beatitudinis humana est solus Deus optimus, Maximus. Major propositio est aperta, utpote qua ipsam felicitatis, seu summi boni rationem exhibeat. Minor autem inde liquet, quod nullum bonum creatum animam seu mentem humanam ita complere possit, ut nihil ultra ipsi supersit optandum; prout inductione omnium creatorum bonorum ostendimus. Ergo solus Deus est humana mentis summum bonum, cui ingenitus est à natura hujus summi boni appetitus.

17

Caput Secundum.

De Virtutibus Moralibus.

Cum virtus sola vitam beatam efficiat, et felicitati, quam exoptamus, consulat, de eâ specialiter nobis est agendum, ne quid omisisse videamur, cujus possessione beati efficiamur.

S. Brinnus.

18.

De Natura Virtutis Moralis in genere.

Non omnes quoad virtutis rationem conveniunt; quisque enim, prout illam apprehendit, aut sibi commodum judicat, de-

finit. Sed quia hinc brevitati studemus, et ⁱⁱ
quid alii dicant, parum solliciti sumus, arbi-
tramur virtutem moralem in genere esse
Mentis institutum et vigorem, quo ad ea, quae
bona esse credimus, facienda ferimus. Nam
videtur, quod homo solummodo sit laudandus ob
ea, quae in eisdem potestate, et ab eius firma
bene agendi voluntate pendent. Necessa
est enim, ut ille in propositis suis constans
sit, qui ad beatam vitam anhelat: vacil-
lans enim, et diversis propensionibus im-
pulsus, non tam agit, quam passionibus
suis obtemperat, et non quod optimum,
sed quod magis aridet, et delectat prose-
quitur.

Ad virtutem igitur requiritur Mentis
institutum et vigor, quo in idud ferimus,
quod, praemisso debito examine, optimum
esse censimus, nec sinimus nos à proposito
passionibus aliquo modo abduci. Virtus
enim in firmo et constanti proposito fun-
datur ea omnia exequendi, quae nobis re-
cta ratio suggerit. Nam si probe conside-
retur, quid sit recta ratio, patebit, eam
nihil aliud esse, quam verum sensum ac sa-
num iudicium de rebus humanis divinisque,
in quantum illae ad nos pertinent.

Diximus 2^o. Virtutem esse firmum pro-
positum ea faciendi, quae ratio esse optima
suadet: quia necesse est, ut ea voluntas
firma sit, et res, quae aggredimur, quantum
moraliter fieri potest, examinata sint:
nam non qui proclara gesserunt, laudem
aliquam merentur, nisi prius illa delibera-
ta et constituta habuerint: Virtus enim non
est actio ipsa, sed illam actio tantum, ut Se-
neca loquitur, et exercet, et demonstrat:

Nam qui se ad durissima ferenda comparavit, qui aliorum miseris succurrere decrevit; si tamen occasio illi fuerit preclusa, virtutem habuit, et si hanc exercere non valuerit. Virtutem igitur habere dicemus, si nobis insit firmum propositum ea exequendi, quae ratio esse optima nobis ostendit.

19. Receptum est apud vulgares Philosophos, Virtutem in medio affectuum consistere, et elegantiam à mediocritate, quae inter duos praeos affectus est, mutuari. Nam cum videant libertatem e.g. à duobus vitiis avaritia scilicet, et profusione stipari; atque ad veram fortitudinem requiri, ut aequo passu ab ignavia et audacia distet; Statuunt, quod Mediocritas sit forma virtutum, nec non circa eas passiones versetur, in quibus excessus, defectusque reperitur, adeo ut Virtus secundum eos sit quaedam medium inter duos vitiosos affectus, iuxta illud Horatii lib. 10. Ep. 18.

Virtus est medium vitiorum, et utriusque reductum.

Sed quamvis illud de quibusdam virtutibus dici possit, non tamen de omnibus; praesertim illis, quas Theologi Theologicas* nuncupant; asserendum est, cum multa nullum patientur medium, nec inter excessum et defectum velut inter duo extrema posita concipi possint: Misericordia et Benevolentia e.g. affectus assequari poterunt; cum hi affectus in quocumque statu considerentur, semper boni sint, et non minus remissi, quam intensi virtutis rationem participant. Amor item, quo in Deum ferimur, et Moror, quo peccata nostra detestamur, sunt utique virtutes, nec tamen ad mediocritatem rediguntur, cum nullos limites habeant, et unus ad Deum, qui infinitus est, dirigatur; alter vero neque ad sui nihilum descendat. Nemo nimis Deum diligere potest:

* Virtutes Theologicae
sunt Fides, Spes, et
Charitas.

P. 111.
387

13.
nemo ob commissa peccata nimis dolore com-
pungitur, ac nimis furore in se ipsum exas-
peratur, ut offenso Creatori suo satisfaciat, et
ad eum revertatur.

Solent Virtutes morales dividi in Prin- 20
cipales seu Cardinales, quibus nempe tanquam
Cardinibus subnixae tota humana vita ver-
titur; et in Adiunctas seu Comites, quae à
Cardinalibus proflunt, aut ad eas referun-
tur.

Cardinales vulgò quatuor numerantur, si-
licet Prudentia, Iustitia, Fortitudo, et Tem-
perantia. De quibus, ut et earum Comiti-
bus distinctis § §. agemus.

Primum advertendum, tritum esse in Scholis, 21.
Virtutes morales esse indivisas, et ita inter
se connexas, ut qui unam habuerit, ceteras
habere dicatur; quod sanò sensu admitti po-
test, si nempe Virtus heroica, ut vocant, sit,
ac perfecta; quia talis omnem excellentiam
portulat, quam in genere suo habere potest.
Virtutes enim mutuum sibi auxilium prae-
stant, et aliae aliis perfectionem quamdam
adiungunt, adeò ut fieri non possit, ut qui
prudens est, non sit quoque et fortis, et tem-
perans, et iustus. Neque aliquis, ut ait Sene-
ca, aliquid fortiter patitur, qui non virtuti-
bus omnibus utatur, licet una tantum sit in-
promptu, maximeque appareat patientia:
nam et illic fortitudo est, cuius patientia et
perseverantia rami sunt; illic
est Prudentia, sine qua nullum initer
consilium; quae hâdet, ut, quod quis effugere
non potest, illud quam fortissimè ferat;
illic est Constantia, quae de jure loco non
possit; denique illic est indivisus Vir-
tutum comitatus, quia quidquid hones-
tè sit, una Virtus facit, sed de consilii
Sententiâ p.

Inter Virtutes Cardinales præcipua est Prudentia, ut quæ reliquis omnibus utatur, et tanquam Mentis oculus ordinem et modum illis ostendat. Hinc non malè eam Definiri posse arbitramur, quòd sit firma et constans voluntas ea rectè discripiendi et solertè examinandi, quæ optima sunt. Ad Prudentiam enim spectat, ut quis nihil aggrediatur, quòd non prius ad rationis trutinam revocaverit, quatenus quoad loci et temporis circumstantias, in quibus quidpiam molitur, melia ratio verior, aut saltem verisimilior appareat eà, quam ipse sequendam suscipit. Prudentia quippe non est certa quædam Scientia, quæ res necessarias, et alio modo se habere non valentes contempletur, sed est quædam cognitio circa res contingentes, quæ non tantum quoad modum, sed et quoad existentiam mutari possunt. Licet enim Prudentia objectum in genere spectatum sit quid commune, id nimirum, quòd secundum rectam rationem agendum est; Prudentia tamen, prout in unoquoque homine particulari spectatur, circa singularia versatur, quæ esse possunt, et non esse, vel uno, aut altero modo fieri.

23. Prudentia partes alia sunt Constituentes, alia Potentiales, alia Integrantes, alia denique Subjectiva.

Partes Constituentes Prudentiam sunt
1^o Sive leges nature, secundum quas vivendum est. 2^o Eadem inter se conferre, ut sciatur, quem locum habere debeant.

3^o Habere rationem circumstantiarum loci, temporis, et personarum in agendo. 4^o Denique respicere finem

ultimum, eumque mediis honestis et legitimi-^{15.}
nis procurare.

¶ Partes potentiales prudentia, seu munia, 24.
tria recensentur, nempe benè consultare,
rectè judicare, et quod judicatum est, et
decretum ad praxim reducere. Ha potentia-
les prudentia partes graecis nominibus vocan-
tur Eubulia, seu bona consultatio de iis, quae
agenda sunt; Synesis, seu recta intelligentia
aut potius rectum iudicium, quo quid primum
agendum, vel fugiendum decernitur; et
Gnoma, seu Sententia, vel pronuntiatum,
aut imperium, quo id, quod iudicatum est,
executioni demandari iubetur.

Octo numerantur partes integrantes Pru- 25.
dentia, seu requisita et adiumenta ad eam.
Memoria sibi et; Intelligentia; Providen-
tia; Ratio; Docilitas; Solertia, cui adjun-
genda est Sagacitas; Circumspectio; et
Cautio.

Igitur ad perfectam prudentiam ne-
cessaria est; 1^o Memoria, id est, praeterita-
rum rerum recordatio. 2^o Intelligentia,
id est, praesentium notitia. 3^o Providen-
tia, seu futurorum praesentia. 4^o opus
est Ratione, id est, illius, quod agendum est,
ex praeteritis, praesentibus, et futuris colli-
gendi facilitate. 5^o necessaria est Docili-
tas, seu bonus mentis affectus ad aliorum mo-
nita et consilia capienda comparata. 6^o
Sagacitas et Solertia, id est, facilis enogita-
tio, et applicatio mediorum ad finem inven-
tium: Sagacitas enim invenit, Solertia vero
feliciter inquitur. 7^o requiritur Circum-
spectio, seu attenta circumstantiarum omni-
um consideratio. 8^o Denique, necessaria
est Cautio, seu cura et sollicitudo omnia vitandi
incommoda, quae susceptum negotium inter-

15.

turbare possunt.

26. Partes Subjectivae seu Species Prudentiae quatuor apud Scholasticos recensentur. Privata seu Solitaria; Oeconomica, seu familiaris; Politica; et Militaris. Prima est, per quam quis se ipsum regit: altera, quae regitur familia: tertia, quae civitas: quarta denique, quae exercitus gubernatur, beatumque suscipitur et geritur. Circa quas omnes ea requiri videntur qualitates, quas velut partes integrantes seu adjumenta Prudentiae primum recensuimus. Praecipua autem Prudentiae species ea esse dignoscitur, quae quis sibi, suisque rebus probe prospicit: unde et ea simpliciter Prudentia appellari debere videtur.

S. Tertius.

De Justitia.

391 27

Quamvis Justitia ceterarum virtutum Splendor, et officiorum omnium radix habeatur; suam tamen constantiam, non nisi in corruptis hominibus mutatur, et sano sensu dici potest ab eorum vitis sumptis originem. Nam sicuti primum morbos detegere juvat, ut curari possint, ita adhibenda fuerunt leges, quae gligentibus vitis occurrerent, et quarum observatione unusquisque in officio contineretur. Quippe Justitia definitur, Constantis, et perpetua voluntas jus suum unque tribuendi.

Dicitur Constantis, et perpetua voluntas, quia ad nomen Justi obtinendum, non sufficit, ut quis semel, bis, aut aliquoties Jus alteri reddat; sed necessum est, ut firma ac stabili sit mente id exequendi, quotiescumque occasio se obtulerit.

Jus autem est id, quod justum et aequum est, sive quod inter vitiosa extrema est medium. Quamobrem qui de re aliqua con-

tendunt, si ad Iudicem tanquam ad divisorem, seu ^{17.}
partitorem, ut apud Graecos vocatur, confugiunt,
qui rem illam inter ipsos ex aequo dissipant, et
quid cuiusque sit, definit.

Partes Subjectivae seu Speciei Iustitiae duae 28.
sunt, nempe Iustitia Commutativa, et Distributiva.
Commutativa est ea, quae in
Commutationibus bonorum, in Contractibus,
et Contractis aequalitatem servat.* Distrib-
utiva dicitur, quae praemia et poenas pro me-
ritis et conditione personarum distribuit: ea-
que, ubi poenas res pro delicti ratione invo-
gat, Vindex, aut Vindicativa vocatur. Ius-
titia Commutativa rerum, Distributiva
vero personarum rationem habet. Illa ad
omnes, haec vero ad Principes, Magistratus,
et Praetores duntaxat pertinet.

Ratione etiam finis intrinseci distinguen-
tur, quoniam finis Distributiva est aequali-
tatem constitutivam inter proportionem et pro-
portionem*, adeo ut eadem proportio sit inter
res, quae distribuuntur, ac inter personarum
conditiones, quibus fit distributio. e.g. Si par-
ta victoria quadam sunt distribuenda secundum
dignitatem personarum dignitatem, ratio meriti ac
dignitatis uniuscuiusque habenda est, ita ut
quod tribuitur, majus sit, vel minus, pro per-
sonae dignitate; haecque proportio geometri-
ca nuncupatur, atque medium rationis servat.
In rebus vero commutandis aequalitas accep-
ti et redditi consideratur, adeo ut id, quod
redditur, sit aequale secundum proportionem
arithmetica* ei, quod acceptum est, nulla
habita meriti aut personae consideratione,
haec proportio medium rei duntaxat servare
dicitur.

Partes integrantes Iustitiae duae nunc-
vantur, quae totum illius munus implent, nem-
pe facere bonum, et declinare a malo; hoc est,
uniquae debitum reddere, nemini que injuriam

* Theologi in addunt
tertiam Speciem si-
licet Iustitiam le-
galem, quae circa pro-
curandum bonum
Reipublicae pro pri-
vato versatur.

* Haec aequalitas voca-
ri solet geometrica,
utpotè in qua non con-
fatur numerus cum nu-
mero, sed una propor-
tio cum altera propor-
tione.

* Proportio arithmeti-
ca est numeri ad nu-
merum, arithmeti-
ca enim deducitur à
verbò graeco, quod la-
tine significat nunc-
vare: proportio autem
in numeris servatur,
quando aequantur, ut
Duo et Duo.

18. facere, et omnia illa effugere, quae alteri noxia esse possunt, vel incommoda.

4

292

30 Partes potentiales Iustitiae duodecim possumus numerantur, quibus veluti facultatibus aut organibus actus suos exercet Iustitia; scilicet Religio; Pietas; Observantia; Veritas; Gratia seu Gratitudo; Vindicta; Liberalitas; Amicitia; Affabilitas; Humanitas; Comitas; et Hospitalitas.

* Observantia ab aliis quibus jungitur Obedientia, quae est virtus, quae quis volentati Superioris se accommodat, sive praecipiat sive non. Sic ergo secundum ipsos tresdecim numerari possunt partes potentiales Iustitiae.

Religio dicitur virtus moralis exhibens Deo cultum debitum in agnitionem Supremae ipsius potentiae et excellentiae. Cultus iste tum interioris Devotione nimirum et Oratione Deo exhibetur; tum exterioris, scilicet adoratione, Sacrificio, voto, &c. Meminisse huius oportet, debere per Dominum Iesum Christum: non enim est aliud nomen, per quod hominibus liceat ad Deum accedere; nec alia Religio praeter Christianam, in qua salus obtineri valeat.

Pietas est virtus, quae officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine conjunctos servamus. Nam pietas ea complectitur officia, quae patriae, parentibus, et aliis debemus, quorum meritis paria referre non valemus. Sumitur etiam Pietas apud Christianos pro Devotione, id est, pro fervore affectus circa ea, quae sunt Cultus Divini.

Observantia est Iustitia pars, per quam homines aetate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reverentur, ac colimus.

Veritas, sive, ut alii loquuntur, Veracitas est virtus moralis, quae damus operam, ne quid a nobis aliter enuntietur, quam sit, vel fuerit, vel futurum sit.

Gratia, sive, ut loquuntur, Gratitudo dicitur, quae amicitiarum et officiorum alterius memoriam, et remunerandi voluntatem continet.

Vindicta est virtus, per quam vim et contumeliam defendendo, aut ulciscendo proquit-
 lamus à nobis, et à nostris, qui nobis chari esse
 debent, et per quam peccata punimus. Sed
 observandum Vindicationem non esse licit-
 tam nisi iis solis, qui aliis praesunt, idque ad
 emendationem peccantis, vel saltem ad cohi-
 bitionem ejus, et quietem aliorum, et ad jus-
 titiae conservationem, ac Dei honorem; pri-
 vato enim vindictam de altero sumere non li-
 cet.

Liberalitas est virtus, qua circa pecunias
 dandas et auipiendas mediocritatem tuetur.
 Differre dicitur à Beneficentia, quod haec in
 quorumcumque bonorum, illa in pecunia
 tantum, largitione consistat.

Affabilitas vulgò dicitur virtus, quã quis
 in convictu, et vita consuetudine facilem se,
 ut deest, exhibere studet.

Cum Amicitia quaedam aequalitas sit, ad
 justitiam etiam spectat, quia est mutua be-
 nevolentia, quã aliqui bonis invicem affici vo-
 lunt, atque amorem pro amore reddunt. Haec
 omnium bonorum, quae in vita civili com-
 parari possunt, est praestantissimum, cum
 nostra beatitudinis, quantum nempe in hac
 arduosa vita ea haberi potest, basis sit,
 et fundamentum. Haec, quidquid amaritu-
 dinis vita affert, tollit; quidquid suavitatis,
 condit. In prosperitate, cui benefaciamus,
 praebet; in afflictione, cui succurramus, et
 quem consolemur. Nos edocet, cum juvenes
 sumus; nobis adest, cum senescimus, et non
 quam officii sui oblita, semper opitulatur,
 et juvat. Quare inter bonos illa quaerenda
 est, et non nisi illi sunt amore prosequendi,
 quos probos longò usu noverimus, et in qui-
 bus non tam opes, quam virtus eluceat; unde
 honestis occasionibus sunt conciliandi, et
 sollicitis officiis fovendi.

21.
Dicitur est, ut ea mala, adversus qua forti
animò est pugnandum, ardua sunt, et superata
difficilia; quoniam si ea non nisi leve negotium
facebant, et citrà laborem subiciantur, non id
tam virtus, quam simplex rei expectatio appel-
landum est.

Secundum, quod ad fortitudinem requiritur, 33.
est, ut non sit temeraria, sed debitum finem
spectet, hoc est aequitatem vel honestatem.

Nam fortis nomen ei immeritò tribuitur, qui
coeco impetu, et non pensatis viribus, quilibet
adoritur, quique mala magis provocat, quam
metuit: Sed ille merito fortis nuncupatur,
qui, examinatis periculis, ea, quamvis non dili-
gat, intrapido adit animò, et omnia perfert,
quando, et quomodo oportet. Eminverò for-
tudo non est inconsulta temeritas, nec peri-
culorum amor, nec formidabilium appetitio,
sed scientia periculorum evadendorum et re-
pedendorum. Itaque haec duo fortitudinem
constituunt, Honestas, quam pro seipò habere
debet vir fortis; et Cautio, sive periculi con-
sideratio, antequam illud ardeat, atque quod
occurrit, oppugnandum aggrediatur.

Partes Subjectiva seu Species fortitudinis 34.
multae assignari possunt, quod circa materiam
angustioribus limitibus contentam versetur.
Quatuor autem recensentur illius partes in-
tegrantes, quae potentiales quoque appellari
possunt, scilicet fiducia, magnificentia, pa-
tientia, et perseverantia.

Fiducia sive Fidentia, cui affinis est Se-
curitas, definiiri potest, pars fortitudinis,
quae promptus et paratus est animus ad difficil-
lima quavis, ubi et quando opus est, suscipien-
da, aut toleranda. Quod si res ardua haud
vulgares sunt, et actibus non vulgaribus adori-
enda, aut perpetienda; circa eas occupatur
Magnanimitas, quae non tam re, quam no-
mine à fortitudine dissepit.

Magnificentia est rerum magnarum et
excellentiarum cum amplà quâdam et splendi-

T 77 6

384

De animi propositione agitatio et administratio.
Qua si in magnis sumptibus, ut fieri fit, occupetur, non minimam habere videtur cum Liberalitate necessitudinem.

Patientia, vel Constantia dicitur Virtus, quae in malis tolerandis animus obfirmatur, et sustinetur.

Perseverantia denique est in ratione bene considerata Stabilis, ac firma permansio, sive de aggressionem agatur, sive de defensione, aut persequione. Ergo Perseverantia animus confirmatur in concepto proposito perdurandi, et illud nunquam turpiter et cum decore deserendi.

S. Quintus.

De Temperantia.

Temperantia definitur, Constantis et firma voluntas voluptatibus et cupiditatibus corporis resistendi, quae potissimum ad tactum et gustum spectant.

Dicitur, quae potissimum ad tactum et gustum spectant: nam voluptates, quae aliis sensibus percipiuntur, ut visu ex pictura, auditu ex musica, olfactu ex odoribus secundario tantum, non primario, ad temperantiam referri videntur. Hinc Intemperantia nomen iis tantum vitii tribui solet, quae nobis cum belluis sunt communia: nam belluae visu, auditu, olfactu parum delectantur, sed magis gustu, et tactu. Haec de causa homines, qui gustui et tactui plus aequo indulgent, tanquam belluae vulgo habentur.

Saepe tamen Temperantia nomen latius sumitur, nempe pro ea animi moderatione, quae ad omnes vitae partes pertinet: Sed fatendum, hanc virtutem ut plurimum strictius accipi, prout nempe gustum et tactum moderatur.

36. Partes subjectivae seu Species Temperantiae quatuor numerantur, Abstinencia scilicet, Sobrietas, Castitas, et Castitas.

Abstinentia in cibo, Sobrietas in potu mode-^{23.}
rando versari dicitur. Castitas à voluptatibus
illius, Castitas ab omni aspectu et tactu im-
pudico abstinet. Castitas à Pudore dicta
est; Pudor autem est perturbatio animi de iis,
que dedecus inferre videntur.

Partes integrantes Temperantia, quaeque 37.
illam quodammodo constituunt, atque vulgo
illius adjumenta nuncupantur, sunt Honestas,
et Verecundia. Ista est propositio deori
in Temperantia artibus maxime elucens, quod
homines sua specie adiciens efficit, ut volupta-
tem, quae blanditur, coercant, et ea reprimant,
quae maxime corpori favere videntur: enim-
vero summo opere laudabile est immoderatio-
nem vitare, et solius deori gratia Temperan-
tiam sectari. Honestum igitur et Decorum
hoc loco idem significant: quo sensu eleganter
ait Tullius, lib. 1. de off. Et quod decet honestum
est, et quod honestum est decet.

Neque tamen ad eam exercendam Verecundia
parum conducit, quae nempe infamia time-
tur, et formido animum subit, ne voluptati in-
dulgendo fama labes contrahatur, et in dedecus
vertatur Intemperantia. Quippe Verecundia
hic non pro passione, sed pro timore quodam
infamiam ex turpis facti alicuius commissio-
ne inveniendi augetur; atque virtutis custos
non immerito nuncupari potest.

Temperantia suas etiam partes potentia- 38.
les habet, Continentiam nempe, quae conu-
piscencia motibus ad intemperantiam pro-
vocantibus resistit. Humilitatem, quae
hominem ad sui vilitatem ingenie profiten-
dam inclinat. Mansuetudinem, quae
iram moderatur, et animum à vindicta ma-
ximè abducit; illa enim homo vere huma-
nus fit, ac ceteris amabilis: nam sicuti om-
nibus odiosus est, qui facile iram inardescit, et in
quemcumque levi etiam de causa exasperatur,
ita illius indoles amatur, qui offensus fa-

ille miserit, et statim injuriam condonat, et remittit.

Mansuetudini affinis est Clementia: sicut enim illa iram, ita haec vindictam moderatur, estque animi virtus à poena ad lenitatem cum iudicio inclinans. Omnino Principem Deo ad instar Dei, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, Clementia, inquit L. Imperialis De nuptiis. Nam ut suprema pars aedificii aëris injurias sustinet, ita solius Capitis est pro inviolabilitate totius corporis cogitare. Praesunt quidem Principes, sed hominum causam, non velut Domini et rerum arbitri, sed tanquam Tutores, et Administratores, quibus à Deo collata Respublica, ut fovetur, atque ejus saluti prospiciatur.

Modestia etiam inter partes Temperantiae potentialis recensetur, estque Virtus, qua internos externosque animi motus intra debitum modum continet, atque honoris seu dignitatis cupidinem moderatur. Is enim Modestus nomen meretur, qui merita sua non jactat, aut de dotibus suis non gloriatur, sed se hominem agnoscens humiliter de se ipso sentit, et nihil ultra, quod adeptus est, ad se pertinere autumat. Unde qui verè modestus est, magis de tribuendo, quam de recipiendò honore sollicitus est, et magis ad magna patranda impeditur, quam ut se magnis dignum ipse arbitretur.

Sequitur Studiositas, qua sciendi desiderium intra legitimos fines cohibet. Item Ultrapelositas, seu Urbanitas, qua in ludis, et jocis modum statuit. Ac denique Castitas, qua corporis cultum, et munditiam, tam in vestibus, quam in suppellectili, honestè moderatur, p.